



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Humilitas Canisij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

erunt, tantoq; amplius confirmant voluntates su-  
as ad obtemperandum quam absolutissimè Prepo-  
sit is suis. Iam hinc intelligis quam nihil sit, cur cō-  
missorum in eo munere, quam petis, pñnam expe-  
ctes. Quin adeò mihi de Deo Domino spes est, lar-  
gè eum labores remuneraturum, quos in ea procu-  
ratione suscepisti & sanctos, & fructuosos.

Hæc ad Canisium Borgia. Idem Hoffæum  
admonuit, tametsi P. Canisius sub potestate eius,  
vti spontè subdiderat se, esset futurus, tamen me-  
minisset reuereri tales virum, & vbiq; veluti Pa-  
trem tractare: consiliumque eius in grauioribus  
rebus exquireret. Ceterùm duo hæc documenta  
eximiæ & prorsus ad purum excoctæ virtutis Ca-  
nisius dedit hoc tempore. Primum tanti æstima-  
uit re vera, ex animiq; sententia beneficium hoc  
otij sibi, & vacationis concessæ, vt sæpius reputa-  
ret secum, & apud Præsides quoque profiteretur,  
nunc maximè animū sibi ad custodiam suimet,  
curamq; conuocandum esse, idque eo præsertim  
faciendum (quod plane fecit) ne ingratus bene-  
ficio, ac tempori videretur. Deinde Obedientiam <sup>Humilitas</sup>  
<sup>Canisij.</sup> <sup>Obedientia.</sup>  
ita capessiuit, non modo vt in inferioribus se omni-  
bus & quaret, sed vt tractandum, ducendumque,